Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in omnibus viis eius adherentes ei. Dispdet dñs omnes gentes istas ante faciem vestram: et possidebitis eas que maiores et fortiores vobis sunt. Omnis locus quem calcaverit pes vester erit vobis: a deserto et Libano: et flumine magno eufrates: usque ad mare occidentale erit finis vester. Nullus stabit contra vos: timorem vestrum et formidinem dabit dñs deus vester: super omnem terram quam calcaveris ei sicut locutus est vobis dñs deus vester. Gr. Omnis terra adore dñe. Alleluia. Protector noster aspice deus et respice in faciem christi tui. Gr. Quia melior est dies unus in atriis tuis super millia. Tr. Ps. Beati quorum remissæ sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Ps. Beatus vir qui timet dñm in mandatis eius volet nimis. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius. Ps. Memento domine david et omnis mansuetudinis eius. Ps. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum. Amen. Ps. Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. Ps. Sicut unguentum in capite descendens in barbam aaron qui descendit in oram vestimenti eius. Ps. Sicut ros hermon qui descendit in montem sion. Ps. Quia ibi mandavit dñs benedictionem et vitam usque in seculum. Ps. Ecce nunc benedicite dñm omnes servi dñi. Ps. Qui statis in domo dñi in atriis domus dei nostri. Ps. Levate manus vestras in sancta et benedicite dñm. Ps. Benedicat te dñs de sion qui fecit celum et terram. Ps. Exaudiat omnes vias: et revocaliet vobis. Ps. Ne nos tentet in tempore malo dñs deus noster. Gr. Oremus. Oremus. Ad deum quem dñe supplicationibus nostris ut esse te largiente meamur et inter prosperitates inter adversa semper. Ps. Respice nos deus sapie. Ps. Omnium et respice nos: et ostende nobis lucem misericordie tue: et mitte timorem tuum in gentes que non exquisierunt te: et ut cognoscant quia non est deus nisi tu. ut enarrent magnalia tua. Alleluia manu tua super gentes alienas: ut indeat potentiam tuam. Sic enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis sic in conspectu nostro magnificabis in illis: ut cognoscant te sicut et nos cognovimus te quia non est deus preter te dñe. Ps. Innova signa et immuta mirabilia gloriam manum et brachium dexteram: exerta furorem et effunde iram: extolle adversarium et affligere inimicum: festina tempus et memento finis ut enarrent mirabilia tua dñe deus noster. Gr. Omnium factor. Alleluia. Omnis genus Levate. Oremus.